



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

Septem Dormientes. 27. Iulij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

27. Iulij
namque
) adole-
pendium
in Christi
ine later
tero sum-
Hunc uno
aneam vi-
medicam
miraculo
discussit,
è videnti-
re, cum
fisse vide-
Imp. Ma-
cùm para-
opem à sa-
erro igitur
x equiteo
necquie-
i vulneri-
t, & di-
Spicula-
um ceram
prehendit
rem, &
t, subitas
suum co-
dies tui
tu & la-
quantum
fit

fit ingressus tuus flebilis, progressus tuus debilis, & regressus horribilis. Auctor Spec. Peccat. tom. 9. S. August.

SEPTEM DORMIENTES.

27. Iulij.

Ingens hi Sancti Ecclesie negotium etiam **DORMIENTES** confecerunt. VII. erant omnes germani fratres, quos Decius à patre fide minimè paternà proditos obstructo spelæo conclusit. Iverant sæcula jam duo & ampliùs, quando hæresis ab orco surrexit, quæ surrecturos olim à tumulo mortuos negavit. Somnium hoc esse, VII. hi, quos **DORMIENTES** dicimus, monstrarunt, quòtum in tempore sive à morte longà, sive somno prodierunt. Illi noctem se unam dormisse rati, Decium adhuc somniabant. Quare **MALCHVM** ex suo numero adolescentem, quem ætas & morum suavis elegantia omnibus charum fecerant, exploratorem in urbem mittunt & comœtatu præficiunt. Hic dum vigilare pro urbe Crucem videt, dum nullum tonare Iovem, sed **CHRISTVM** audit, mirari unius noctis metamorphosin, & vel adhuc dormire, vel in alterum orbem, aut certè urbem delatam se credere. Mox cùm monetam antiquitate suà incognitam protulisset, suspicionem reperti thesauri dedit. Hic ille apud Procos. ad Decium provocare, qui utique nosset adhuc, quem heri unà cum fratribus, quòd **CHRISTO** militarent, balteo spoliasset. Obstupuit ad hæc urbis Antistes, & **MALCHVM** ad montem securus è ruderibus æneas laminas, cum his rem omnem in lucem profert. Adest ipse Imp. Theodosius, quo spectante beati juvenes eodem loco longiùs jam dormituri oculos morte clauserunt:

Q 4 sed

sed cum sic mortuis etiam hæresis est mortua. Ex
varijs apud Raderum in Aulâ S.

Cum te torpore, acediâ, vel tadio affici sentis, nobis
propterea desistere à studio spirituali; sed iuvanti
requirere manum, trahi te obsecrans, donec deus
suscitante gratiâ factus promptior alacriorq; curras.
S. Bein, serm. 22. in Cant.

SS. NAZARIUS & CELSVS MM.

28. Iulij.

HOs etiam fosclos barbarus Neronis gladius
demeffuit. Sed tamen sanguine suo rigati vi-
vunt illi etiamnum in manibus tuis. Vinam &
odorem virtutis sentias! Audi saltem. Spinæ rosam
Te proximam ajunt, id quod NAZARIUS probat
ex Iudæo patre, sed matre Christianâ genitus.
Anceps diu in utrius religionem pedibus iret,
demonstravit tandem plus matris se bibisse, fon-
tique sacro admotus à Lino Pont. Mediolanum
abiit. Ibi non multo tempore patrimonium om-
ne in egenos effudit, cumque vinctis pro Chri-
sto animum faceret, mercedem nobilem magni-
que martyribus æstimatam fustuarium accepit.
Sub hæc monitus à defunctâ matre in Gallias
contendit. Hic à nobili matronâ nobilissimum
puerulum CELSVM accipit inter bonas artes
educandum. Quantam, Superi! indoles pulchra
discit probro Magistro usa, Neronis imperio ad
tribunal uterque raptatur. Dubito an Magistrum,
an discipulum plus laudem, ille pedum calcibus
affligitur, nec tamen sibi, sed animulo suo CEL-
so timet. Hic virgis atrocem in modum cæditur,
nec tamen sibi, imò oculo suo Magistro NAZARIO
ingemiscit. Mox uterque illatam Christo injuriam
in